Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula VI. Omne totum aliquo modio multum est & non unum

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Visual Library

litatis reducitur. Idem dicendum de rebus artificialibus ut ſtatuâ, mensâ, &c. Vide Fonſecam *V. Metaph. c. VII. q. V.*

REGULA V.

Quicquid eſt pars partis, eſt quoque pars totius.

Proclus, ut videre eſt apud Pererium *Lib. XV. cap. VIII.* videtur aſſerere, *omnes partes mundi eſſe æternas*, concedens nihilominùs, *elementa eſſe partes mundi*, & *partes elementorum eſſe interitui obnoxias*. Hanc ſententiam eſſe abſurdam, ex hâc Regulâ oſtendi poteſt. Si enim aliqua, quæ interitui obnoxia ſunt, ſunt partes elementorum, etiam aliqua, quæ intereunt, ſunt partes mundi: quia elementa ſunt partes mundi, quæ autem ſunt partes partium, ſunt etiam partes totius. At aliqua, quæ intereunt, ſunt partes elementorum, uti concedit Proclus. E. etiam aliqua, quæ intereunt, ſunt partes mundi: & per conſequens falſū eſt, omnes mundi partes eſſe æternas.

REGULA VI.

Omne totum aliquô modô multum eſt, & non unum. Scaliger *Exerc. LXV. Sect. II.*

REGU-